



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio
fidei & doctrinæ Electorvm, Principvm Et Ordinvm Imperii,
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam
Confessionem amplectuntur**

Lipsiæ, 1606

XII. De Ecclesia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35443

opus exercuerunt, ac causam præbuerunt multis horrendis, abominandis, innumeris peccatis tetrarum libidinum, in quibus adhuc voluntantur. Sicut autem nec nobis, nec ipsis datum est, ut ex masculo sœminam aut ex fœmella maiem condamus, aut virumq; annihilemus: ita etiam ipsis non est datum, ut cœturas Dei disiungant, separent, vetent, ne in coniugio honeste vni cohabirent & viuant. Quare ipsorum spurco cœlibatu assentiri nolumus, nec etiam illum feremus, sed coniugium liberum habere volumus, sicut Deus illud ipse ordinavit & instituit, cuius opus nec rescindere, nec destruere, nec impeditre volumus. Paulus enim dicit, prohibitionem coniugij esse doctrinam dæmoniorum, 1. Tim. 4.

XII. *De Ecclesia.*

Nequaquam largimur ipsis, quod sint Ecclesia, quia reuera non sunt Ecclesia. Non etiam audiemus ea, quæ nomine Ecclesie vel mandant, vel vetant. Nam (Deo sit gratia) puer septem annorum nouit hodie, Quid sit Ecclesia, nempe, credentes, sancti, ouiculae audientes vocem pastoris sui. Sic enim orant pueri: Credo sanctam Ecclesiam Catholicam siue Christianam. Hæc sanctitas non consistit in amicu-
lo linteo, insigni verticali, veste talari, & alijs ipsorum ceremonijs contra sacram scripturam excogitatis, sed in verbo Dei, & vera fide.

XIII. *Quomodo coram Deo homo iustificetur. Et, De bonis operibus.*

Quod de iustificatione haec tenus semper & assidue docui, mutare nec in minimo possum, videli-

cet,